



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Lvdovici Carrionis Antiqvarvm Lectionvm Commentarii III**

**Carrion, Louis**

**Antverpiæ, M D LXXVI**

Varronis & duum locorum Pacuuij apud Nonium, item alterius apud  
Festorum correctio. Cap. II.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70907)

nam nihil necessariam esse dixerit, & hiatum, de quo alibi dicemus, admittat. Fuit etiam tempus cum posteriorem illum versum paulo aliter legerem:

*Te Merienes, Minerua, Fortuna ac Ceres.*  
quomodo mihi quidem nescio quid amplius venustatis habere videtur.

*Varronis & duum locorum Pacuuij apud Nonium, item alterius apud Festum correctio.*

## CAPVT II.

**I**NSVBI DI sicut oportet ac nulli palati homines: qui cum reliquas, ex dubijs illis Attij Pacuuij, & ceterorum de hoc genere veterum poetarum cenis delicias degustant; non continuo incredibilem earum suauitatem sentiunt: sed illas, veluti nauseabundi, auersantur. sane si quando Hispanici illius mihi in mentem venit;

*Attonitusque legis terrai frugiferai*

*Attius & quicquid Pacuuiusque vomunt:*  
non tantum ridere peruersum eorum de poetarum pangendis iudicium, sed etiam proiectam loculi illius de alieno opere bene facti, male iudicandi audaciam deplorare & paene peccatum poscere, soleo. Igitur ego, vt homines, credo, facili omnes, & antiquorum poetarum scripta libenter lego, & dum mirificam legendo voluptatem capio, magnum in ijs, quae restant, emendandis studium pono. itaque ex eorum vno, Pacuuij videlicet, iam olim mendacium sustulimus: id quae ijs in scholijs indicauimus, quae annis superioribus in Vale-

Ant. Mureti  
Varia Lectoria  
LII  
25

Valerium Flaccum mille locis à nobis emendatum edidimus. cum enim apud Nonium legeretur :

*Pacuius emendatus.*

*Barbaricam pestem sabinus nostris obtulit.*

*Nova figura factam commissam infabre.*

*Vestem, non, pestem; nauibus, non, sabinus, scribi*

*oportere docuimus: & quicquid verborum erat,*

*in numerorum ratione coegimus. Addantur*

*nunc alij eiusdem poetae versus non minus, im-*

*mo aliquanto amplius, deprauati, suisque nume-*

*ris confusi; & quantum potest, à nobis corriguntur.*

*Festus: Vastum, ait, ponitur pro inani. Pacuius.*

*Quales scabres quod inculta Vastum dicitur. ad quae*

*verba Antonius Augustinus vir summus, & ut*

*eius amplitudo & praeclara omnium sciètiarum*

*cognitio meretur, non nisi cum honore nomi-*

*nandus, monet Pacuuium apud Nonium scri-*

*bere:*

*Quae desideria alumnorum paenitudines.*

*Quales scapresque inculta Vastitudine.*

*Quae scriptura etsi omnem in partem recta non*

*est; tamen me ad eam, quae recta est, inuestigandam*

*quasi manu duxit. rectam ne esse existimem*

*in causa est, constans librorum Nonij varijs locis*

*in aliam, consensio; & diuersa Nonij ipsius cer-*

*torum verborum interpretatio qui nisi me fallit,*

*ut certe nō fallit, & Festus, & ille ipse, quem dixi,*

*Nonius hunc in modum corrigendi sunt: Pacuuius Teucro:*

*Quae desiderio alumnorum, paenitudines.*

*Squalles; scapresque inculta vastitudine.*

*Scapres, pro, scabres Pacuuium dixisse notat Mar-*

*cellus, quod à viris quibusdam doctis Nonium*

*non*

*Nonius in vocibus Infabre, & Committere.*

*Festus correctus. Pacuius, Teucro.*

*Nonius; Alumnus, Paenitudo, Vastitudo, Scapres.*



non ita pridem emendare aggressis, in tanta veterum librorum, quibus vsi sunt, copia animaduersum non esse, per mehercule miror. Varro certe eadem illa ita coniunxit. vt iam ijs non potest verbi, liceat ita loqui, sed pro nominibus visus fuerit. verba eius Manio apud Nonium corrupta sic emendo: *squale scapreque illunie & vastitudinis*. Quod certe facit vt. dubie scripseritne Pacuuius. *Squalle, scapre atq. inculta vastitudine.* quid alij viderint; ipsi viderint.

Varro apud  
Nonium, II  
Fruies, &  
Vastitudo  
correctus.

*Panda, Pantica, Ceres, Nonius & Varro  
de veteri libro correcti.*

## CAPVT III.

QVOD me superiore capite, dum de *Anna Perenna* ageretur, fugit scribere, in Varonianis illis versibus suum deae Pandae nomen, quod prioris aetatis incuria mutauerat, esse restitutum: nequis id temere & sine certa ratione me fieri calumniatur; libet nonnullas restitutionis illius causas in medium asserre: & earum quantum quaeque valeat, cui libet volenti, existimandum relinquere. Deo deaeque pro diuersa dignitatis, officij, potestatisque ratione, diuersis etiam nominibus appellari consueuisse, res est in vulgus nota, & huiusmodi, vt ad eam probandam nihil sit necesse magnam orationem comparare. Itaque quam Senatores Dianam dicunt, eandem parturientes in comoedijs Iunonem Lucinam inuocant;

*Tu Lucina dolentibus, Iuno dicta puerperis.*

Ant. Mureti  
Varia Lectoria  
LIII  
28